Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

nisteriis domus dei huius. ut vectigal.
et tributum. et annonas. non habeatis
potestatem imponendi super eos. Tu
autem esdra secundum sapientiam dei
tui. que est in manu tua. constitue iu
dices et presides. ut iudicent omni
populo qui est trans flumen. his vide
licet qui noverunt legem dei tui. Sed et
imperitos docete libere. Et omnis qui non
fecerit legem dei tui. et legem regis.
diligenter iudicium erit de eo. sive in
mortem. sive in exilium. sive in con
dempnationem substantie eius. vel certe
in carcerem. Benedictus dominus deus
patrum nostrorum. qui dedit hoc in corde re
gis. ut glorificaret domum domini que
est in ierusalem. et in me inclinavit mi
sericordiam suam coram rege et con
siliatoribus eius. et universis princi
pibus regis potentibus. Et ego confortatus
manu domini dei mei que erat
in me. congregavi de israel principes qui
ascenderent mecum. VIII.
Hii sunt ergo principes famili
arum. et hec genealogia eorum qui
ascenderunt mecum in reg
no artaxersis regis de babylone.
De filiis phinees. gerson. De fili
is ithamar. daniel. De filiis ach
eus. De filiis sechenie. et de filiis
phares. zacharias. et cum eo numerati
sunt viri. cl. De filiis phecth. mo
ab. et elioenai. filius azarie. et cum
eo cc viri. De filiis sechenie. filius
ezechiel. et cum eo ccc viri. De filiis
adlan. nabath. filius ionathan.
et cum eo l viri. De filiis phaalem.
ysaias filius athalie. et cum eo
lxx viri. De filiis saphatie. zebe
deia. filius michahel. et cum eo lxxx
viri. De filiis ioab. abdia. filius
filius iehihel. et cum eo cc xviii.
viri. De filiis salomith. filius iosi
phie. et cum eo c lx viri. De filiis
bebai. zacharias filius bebai. et

cum eo xx et viii viri. De filiis
ezeab. iohannam. filius ezechan.
et cum eo c x viri. De filiis adoni
cam. qui erant novissimi. et hec
nomina eorum. Heliphelech. et ehiel.
et samaas. et cum eis lx viri. De fi
liis begui. uthai. et zachur. et cum
eis lxx viri. Congregavi autem eos
ad fluvium qui decurrit ad hanna.
et mansimus ibi diebus tribus. et que
sivi in populo et in sacerdotibus de filiis
levi. et non inveni ibi. Itaque mi
si elizer. et ariel. et semean. et helna
than. sapientes. et misi eos ad hel
do qui est primus in casphie lo
co. et posui in ore eorum verba que lo
querentur ad addon. et ad fratres eius
nathinneos in loco casphie. ut ad
ducerent nobis ministros domus
dei nostri. et adduxerunt nobis per ma
num dei nostri bonam super nos vi
rum doctissimum. De filiis moo
li. filii levi. filii israel. et sarabyam.
et filios eius xx. et fratres eius xviii.
et asabyam. et cum eo ysaiam. De
filiis merari. fratresque eius. et filios
eius xx. et de nathinneis quos de
derat david. et principes ad ministeria
levitarum. nathinneos cc xx. Omnes
hii suis nominibus vocabantur.
et predicavi ibi ieiunium iuxta fluvi
um hanna. ut affligeremur coram
domino deo nostro. et peteremus ab eo
viam rectam nobis et filiis nostris.
universeque substantie nostre. Erubui enim
petere regis auxilium et equites qui
defenderent nos ab inimicis in via.
quia diximus regi. Manus dei
nostri est super eos qui querunt eum in
bonitate. et imperium eius et forti
tudo eius et furor eius super eos
qui derelinquunt eum. Ieiunavimus
autem et rogavimus deum nostrum pro
hoc. et evenit nobis prospere. et separa
vi de principibus sacerdotum xii.